



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 4. Pontificis responsum ad Cardinales pro Nepotibus deprecantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1559.

## §. IV.

*Pontificis responsum ad Cardinales  
pro Nepotibus deprecantes.*

*Pallav. &  
Thuan. l. c.*

Non deerant Cardinalium nonnulli, qui Pontificem placare, ejusque Nepotes excusare nitebantur: verum cunctis, ne unquam de indulgenda ipsis venia cum eo agerent, severe interdixit, & postea ad Ranutium Farnesium Cardinalem, qui tum præfens erat, conversus, vultu ad severitatem composito dixit: „consultius egisset Avus tuus „Paulus III. si meo exemplo Nepotum „suorum affectum pastorali muneri, & „officio postposuisset, ac severa in Pa- „trem tuum animadversione instituta „ipsum scelera, & abominandas libidi- „nes, quarum horrore orbis universus „fremebat, impunitas non sivisset.” Igitur Pontifex adulatorias Cardinalium pro Caraffis deprecantium voces aver- satus, longe acerbiora, nisi quamprimum omnes urbe excederent, minabatur.

Postea omnes, quibus ejus Nepotes aliquos magistratus, & munia publica demandarunt, dignitate, ac loco amovit, quosdam etiam in carcerem conjecit, & novos in eorum locum suffecit: in- super nova vectigalia utpote se ignaro indicta abolevit, & urbis, ac Palatii custodiam Camillo Ursino Nomentano com-

commendavit, in cuius mox demortui Sæcul. XVI.  
 locum Antonium Urfinum Gravinæ Du- A. C. 1559.  
 cis fratrem sublegit, & triremium præ-  
 fecturam Flaminio Urfino commisit. Re-  
 tinuit tamen Pontifex e suis Alphonsum  
 Cardinalem Caraffam, qui Neapolita-  
 nus Cardinalis ab illius Urbis Eccle-  
 sia, quam administrabat, appellabatur,  
 eratque Filius Marchionis Montisbelli,  
 proin Papæ Nepos. Hic Alphonfus,  
 decimum octavum ætatis annum haud  
 prætergressus erat, nihil tamen habe-  
 bat juvenile præter ætatem, de cetero  
 senum prudentia eminebat, quapropter  
 a Papa in Cardinalem creatus Cameræ  
 Apostolicæ administrationem obtinuit,  
 ita tamen, ut a viris doctrina, peritia-  
 que præstantibus res publicæ administra-  
 rentur, cuius rei gratia Pontifex tri-  
 bunal constituit, a quo ortam dicunt  
 Curiam, quæ nunc Romæ a Consul-  
 tatione nomen accepit, ubi commune  
 regimen universæ ditionis Ecclesiasticæ  
 hodiedum exercetur.

## §. V.

*Tribunal ad occurrentes controversias  
 rite dijudicandas institutum.*

Præterea summus Pontifex Collegium  
 viginti Cardinalium, & inferiorum  
 aliquot officialium Palatinorum consti-  
 tuit, qui in publico confesso semel per  
 singu-